



V 882

F. F.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

STATUTIS
CIVITATUM IMPE-
RII LIBERARUM ET
IMMEDIATARUM.

QUAM
DIVINA FAVENTE GRATIA,
SUB MODERAMINE
Magnifici, Nobilissimi, atque Consultissimi,
DOMINI

IOHANNIS REBHAN, ICTI,
Sac. Cæs. Palat. Comit. Diverforum Imperii Sta-
tuum Consiliar. gravissimi, Universitatis Argent. Ante-
cessor. Senior. ut & Capituli Collegiati ad D. Tho-
mæ Decani Spectatissimi, Celebratissimi.

PATRONI atque PRÆCEPTORIS SUI
Pia veneratione prosequendi,
In Auditorio solenni defendendam proposuit.

JOHANNES LUDOVICUS ADAM,
Ulmenf. A. & R.
Ad diem Mensis Junii M. DC. LXXV.

L I P S I Æ.

RECUSA LITTERIS GABRIELIS TROGIL
M. DCC. XXXVI.





F. F.

Leges in Imperio Rom. Germa-^{Recessuano} nico vulgo dividuntur in Universales & particulares sive locales. *Dan. Otto. de Majestat. Imper. cap. 2. §. 27. Cluten. Syllog. Rer. conclus. 21. lit. B. Sprenger. in Fur. publ. lib. 1. cap. 10.* Universales & per totum Imperium valituras Imperator cum consilio & assensu Statuum Imperii constituit, uti id clausula Recessibus Imperii inserta testantur. vid. *Constitut. Friderici I. de incendiar. in fin. ibi*, in praesentia Principum, consilio & consensu eorum. *Friderici III. Imp. Reform. Francofurt. de an. 1442. in pr. §. 5. Und darum. Maximiliani I. Imp. Recess. Imp. Friburgi de an. 1497. in fin. pr. de an. 1500. in pr. de an. 1512. §. item Haben Wir. & §. Und Wir Churfürsten. de an. 1521. in fin. pr. de an. 1559. §. Auf daß dann. §. Recessu Novissimo de an. 1654. §. ult. Und Wir die Churfürsten und Stünd. Magnif. Dn. D. Praeses. in Hodoget. edit. noviss. chart. 2. cl. 1. parallel. 1. th. 39.* Particulares sive locales vero Principes & coeteri Imperii Status, etiam Imperatore inconsulto statuunt, *Reink de R. S. §. E. l. 1. cl. 5. r. 6. n. 9. Paumest. de Jus. dict. c. 6. n. 12. Knich, de Fur. territor. c. 1. n. 170. & quidem jure Principis quod habent, atq; haecenus Imperatorem in*

A 2 Re-

Republica & territorio suo representant. *Weseneb.*
p. 1. Consil. 27. n. 29. Gail. 2. obs. 57. n. 7. de Pac. Publ.
l. 1. c. 6. n. 10. Et de arrest. Imperii. c. 9. n. 1. Cluten.
d. l. concl. 26. lit. a. cum allegat. Christoph. Mingius
de Superior. territor. conclus. 54. Ita ut quemadmo-
dum Imperator ratione universalis jurisdictionis &
imperii universalem legem condit: sic quoque Sta-
tus Imperii, quorum jurisdictio specialior est, leges
particulares & in suis tantum territoriis valituras
promulgant. Cluten. d. l. concl. 21. lit. B. Mingius
d. l. concl. 54. Henr. Klock. de Jur. vet. sigal. concl. 10.
 Cum enim nulla lex in Republica omnibus casibus
 contingentibus sufficiens ferri possit, consequenter
 nec Imperator per generalem constitutionem singu-
 lis casibus & circumstantiis prospicere: ne dicam,
 quod quaedam particularia in re infinita praetermissis-
 se, ne mini vicio verti possit aut debeat. Ideo ipsa etiam
 necessitas singularis Imperii Statibus dedit legum lo-
 calium juxta civium & subditorum suorum mores &
 indolem condendi potestatem. *Dn. D. Nicol. Mylerus*
de Statibus Imperii part. 1. cap. 39. §. 3. Sibi allegat.
 Hinc etiam jam olim Provinciae & populi quidam Ro-
 manis subiecti peculiaris, quaeque sibi tantum essent
 propria, jura habuerunt. *Arthur. Duck de usu Et au-*
thor. jur. civil. l. 2. cap. 3. §. 27. quae municipalia Romani
appellarunt, uti videre est in L. 11. §. 1. ff. de muner. Et
honor. l. 5. §. Divus. §. ff. de Sepul. violat. l. 1. C. de E-
mancip. liber. Et passim. quae postea statuta dici coepe-
runt, conferatur Auth. Cassu. C. de SS. Eccles. Auth. om-
nes. C. Commun. de Success. ita ut verisimile videatur,
 quod ex eo tempore jura talia localia nomen statuto-
 rum

rum sortita & statuta dici cœperint. *Arthur. Duck d.l. §. 28.* quorum condendorum jus cum etiam liberis & immediatis civitatibus Imperii Rom. Germanici, *Denen Freyen Reichs-Stätten*, præter alia illis seu Imperii Statibus, *Instrum. Pac. art. 5. §. 11.* jura proprii, competat, *Knipschild de Civit. Imper. L. 2 c. 1. n. 41. c. 10. n. 5. Gail. l. 1. de Pace Publ. c. 6. n. 11. §. de arrest. c. 9. §. 7.* placuit de statutis Civitatum Imperialium, citra ullius præjudicium, tantum exercitii causa, theses sequentes subdisputationis incudem vocare: quod DEUS Opt. Max. bene vertat.

SIt itaque Thesis I. *Statuta dicuntur hæc Civita-* Etyologia.
tum jura a verbo statuere. Omnino Studiosum novisse oportet, unde nomen quoddam descendat, quod in primis Ulpianus lectus a Studio juris requirit in *L. 1 ff. de F. & F.* Variant autem Dd. circa voc. statutum derivationem: Etenim *Albericus de Rosate Comment. de Statut. lib. 1. qu. 1. n. 6.* existimat statutum dici, quasi stabiliter & firmiter ordinatum, cum statuta stabiliter firmiterque & tenaciter sint observanda, nec ab eorum verbis sit recedendum: putans, quod statutum dicatur, quod Statum Publicum sive civitatem tueatur ac defendat. Verum hæc allusio potius ad nomen, quam ejus derivatio est. Rectius itaque statutum a statuendo, quod idem est, ac ponere, decernere, ordinare, derivatur, *Civitas sehen, ordnen*, quibus verbis in ponendis legibus Germani uti solent.

II. *Vocis statuti usurpationis significatio va-* Homonymia.
riat. Etenim sumitur vox hæc Statuti I. Generalissime, pro quavis determinatione, sententia, edicto, decreto,

creto, proclamate. vid. *Tit. ff. quod quisq; iur. in alter. stat. II.* Generaliter, pro omni constitutione & lege, etiam generali & communi. Sic dicere possumus Statuta Imperii pro constitutionibus & legibus Imperii universalibus. vid. *Indicem Recess. Imperii prefixum, voc. Sazungen, Edicten III.* Specialiter, pro juribus particularibus, & ita generalibus illis Imperii oppositis. Qua acceptione iterum subdividuntur, nempe in Provincialia & Municipalia *Spreng. in Jurispr. publ. l. 2. c. 5.* Sub illis continentur constitutiones alicujus Provinciae, Ducatus, Principatus, Comitatus, die *Lands-Ordnungen, Landrecht* te. *Sprenger. d. l.* Sub his vero veniunt jura quarumcunque Universitatum particularium, Collegiorum, civitatum imprimis Imperii liberarum.

Synonymia.

Quae lingua patria der Erbaren Freyen und Reichs Stätt Befeh, Rechte, Sazungen und Ordnungen Comm. dicuntur.

Definitio.

III. Unde recte statuta haec definiuntur, quod sint Jura civilia particularia, quae quilibet Civitas Imperii libera sibi met ipsi suo jure & in localem suam utilitatem jus proprium constituit. §. 1. I. de *J. N. G. C. L. 9. ff. de J. S. I. Dn. D. Nicol. Mylerus d. tr. de Princip. S. Statib. Imp. part. 2. c. 39. §. 12. Albericus de Rosate d. tr. l. 1. qu. 1. n. 1.* Dixi autem, suo jure, quia haec statuta etiam sine consensu atque confirmatione Imperatoris valent. *Spreng. in Jurispr. Publ. l. 2. c. 5. Reinking. de Regim. Sec. S. Eccl. clas. 5. c. 6. n. 9.* Status enim Imperii Rom. Germanici jurisdictionem & Imperium jure Regalium etiam inconfulto Imperatore tam in civilibus quam criminalibus exercere possunt.

possunt. *Job. Nordermann. de Jure Principat. conclus. 38. lit. B. Mingius de Superior. territor. conclus. 53.*
 Quo ipso etiam a Statutis Civitatum mediatarum & Universitatum reliquarum quam maxime differunt. Hæ enim Civitates nisi speciali quodam privilegio ferendarum legum gaudeant, sine permisso & consensu Superioris, v. g. Principis, Comitum, in cujus territorio sitæ sunt, tacito vel expresso, neutiquam Statuta condere possunt. *Spreng. d. l. Struv. cum allegat. syntag. Jur. civil. Exerc. 2. th. 41.* Sunt enim tales civitates instar privatorum. *Gail. de Arrest. Imperii C. 9. §. 2.* Quemadmodum nec Collegiorum statuta hodie subsistunt, nisi specialiter a Principe vel Magistratu Superiore fuerint confirmata. *R. A. zu Augsburg de an. 1588. Tit. Von den Handwercken in gemein, § Tit. seq. §. antepen. § pen. Schneidew. ad §. Constat. Inst. de I. N. G. & C. n. 15. Wesenbec. in Par. tit. de Legib. n. 3. Webner. observ. Pract. voc. Zunft.*

IV. Dividuntur Statuta civitatum Imperii Divisio.
 varie, ut 1. Ratione materiæ objectivæ, quod nempe agant vel de personis, vel de rebus. vel de actionibus sive Judiciis, *arg. L. 1. ff. de statu homin. § §. fin. Inst. de I. N. G. & C. 2.* Ratione formæ, quod alia sint rationalia, alia minus talia. 3. Ratione finis & effectus, quod jus commune per statuta talia vel corrigatur, vel limitetur, vel plane tollatur. *Sprenger Jurispr. Publ. lib. 2. cap. 5.*

V. Potestas hæc condendi statuta regulariter Causa efficiens proxima.
 competit Magistratui loci ordinario. *arg. L. 9. ff. de Legib. Schneid. ad §. Constat. n. 18. Inst. de I. N. G. & C.*
 Spreng.

Sprenger *Jurispr. Publ. l. 1. c. 10.* per hunc enim jurisdictionis omnimoda & reliqua Civitatibus Imperialibus concessa potestas explicatur. *Christoph. Besoldus de Jur. & Imper. Imperial. Civitat. §. 6. in fin. & de jur. Imp. civit. in immutat. religion. §. 6. in fin.* ceu qui est lex viva, jus dicens & jurisdictionem exercens. *Mingius de Super. Territor. Conclus. 9. Matth. Stephan. de jurisdic. l. 1. c. 33. n. 5.* imperium gerit, *Sprenger Jurispr. Publ. l. 2. c. 28. §. Senatus.* civitatem repræsentat. *Webner. observ. Pract. voc. Städte Reichs-Stätte.* Est superior civitatis. *Carpzov. in Jurispr. Forens. part. 3. Constit. 12. definit. 17.* ubi etiam notanter hanc ob rationem ipsam Magistratum quæ talem, Statutis obstrictum non esse dicit. Unde Statuta inelictæ S. Rom. Imp. liberæ Reipublicæ Ulmenis, quæ mihi dulcissima Patria est, dicuntur *Eines Ehrsamens Raths der Statt Ulm Ordnungen.* Et dependet ex jure sive superioritate territoriali, ex jure Principis, sublimi & regali territorii jure, jure inferioris Majestatis, ex jure Superiore. Nostra lingua vocatur, die Lands-Fürstl. Obrigkeit, R. N. zu Augsburg *de an. 1548. §. 1.* *Wierohl* auch, item die Landes-Ober- und Herrlichkeit. *Klock. 3. conf. 149. n. 88. Mingius d. tr. conclus. 5. & ibi allegat.* atque hanc superioritatem tanquam causam suam jus hoc statuta condendi velut effectus probat. *Mingius d. tr. conclus. 59. pr.* ita ut Doctores communiter tradant, eos demum Statuta condere posse, qui jurisdictionem & imperium habent. *Bartolus in L. omnes populi ff. de I. & I. Mysingerus respons. 32. n. 22. & respons. 49. n. 27. Henr. Bruning. de Var. Univers. Spec. §. 51.* Talem autem

Remota.

autem jurisdictionem Civitatibus Imperii, æque ac reliquis Imperii Statibus, competere, communis & approbata est assertio: cum nulla dari potest diversitatis ratio, cur de civitatibus Imperii liberis non idem sit dicendum. *Cluten. Syllog. rer. quotid. conclus. 27. lit. C. Knipschild. de civit. Imp. l. 2. c. 4. n. 7. ff. Christoph. Besold. de jur. & imper. Imperial. civit. §. 8. Mingius d. tr. conclus. 44.* ubi hoc multis argumentis demonstrat. Licet enim videatur, de iisdie Lands: Fürstl. Obrigkeit scil. in specie, prædicari non posse; attamen negari non potest, quod ipsis die Lands: Hoheit, Lands: Obrigkeit und Herrlichkeit competat. *Cluten. Syllog. rer. quotid. conclus. 27. lit. C. Knipschild. de civit. Imper. l. 2. c. 5. n. 18 & 57. Wehner. observ. pract. voc. Lands: Fürstl. Obrigkeit,* quæ vero effectu non differunt, sed cum Lands: Fürstl. Obrigkeit eadem sunt. *Schub. de Austregic. c. 3. n. 18.* Jus enim hoc non a Principe, ut Principe sive eo, qui dignitatem Principis ab Imperatore habet; sed a jure Principis, quod etiam ei competit, qui dignitatem Principis in specie sic dicti non habet, tale dicitur. *Besold. de jur. civit. Imper. §. 9.* Sed ne videamur λογισμαζέν, facile transigemus, ut illud jus territoriale in Principe, in specie sic dicto, dicatur Lands: Fürstlich, Gräfllich, in civitate simpliciter & indefinite Oberund Herrlichkeit. *Besold. d. l. Sprenger. Furispr. Publ. l. 2. c. 28. Mingius de super. territor. conclus. 7. §. 44.*

VI Materia objectiva Statutorum eadem est, quæ juris communis. Cum enim omne jus ver-
setur circa res, personas & actiones sive judicia. *L. 1. ff. de Statu hom. §. f. Inst. de F. N. G. & C.* eadem etiam
B horum

Materia.

horum erit ratio, quod nempe & illa de personis, rebus & judiciis disponant. Fluit enim hoc ex civitatum Imperialium jure superioritatis sive territoriali, quod est jus summi Imperii, post Imperatorem, in personas & res omnes in territoriis earum existentes, imprimis etiam quatenus de his in judiciis litigatur, competens. *Knipschild. de civit. Imper. l. 2. c. 4. n. 7. Mingius de super. territor. conclus. 7. Christoph. B. foldus de jur. & imper. Imper. civitat. §. 8.* Sub personis autem comprehenduntur ratione domicilii habitationis, (quod modo de territorio sit, omnimodam jurisdictionem & subjectionem passivam tribuit. *Klock. d. 3. conf. 149. n. 217. & sibi alleg. Dn. D. Nicol. Mylerus de statib. Imper. part. 2. c. 37. §. 4.*) quicumque cives, die Bürger, incola, die Einwohner, Betsässer vel Schirmsverwandte, *Webnerus observ. pract. voc. Pfsalburger*, vocat Pfsalburger, omnesque alii in civitatis cujuspiam Imperialis territorio, quod dixi, existentes, subditi & homines jurisdictionales, quibus imperari ac præcipi potest. *Webn. d. observ. voc. Landsäß. Knipschild. de civit. Imper. l. 2. c. 5. n. 62. & 63. Paurmeiß. de jurisd. c. 9. n. 119.* ita ut etiam personæ Ecclesiasticæ Statutis talibus obligentur. *Fridericus Balduin de casibus cons. l. 4. c. 12. cas. 13. Gerhard. de Magistr. Polit. §. 440.* Ratione vero vel contractus initi, vel delicti perpetrati, vel rei in territoriis civitatum Imperialium sitæ, etiam illæ personæ, quæ vulgo forenses vocantur, *Außländische*, so allein in solchem Gebieth zu thun und zu rechten haben, licet ibidem domicilia non habeant. *confer. statut. Ulmens. von Gerichten und Gerichtshöfen*

chen Processen in proam. Klock, d. 3. conf. 149. n. 217.
 Du. D. Nicol. Mylerus de Princ. & Stat. Imp. part. 2. c.
 37. §. 4. ff. Du. D. Biccus in aureis. sect. 5. §. 58. ff. nisi
 sint personæ privilegiatæ, & coram certo iudice con-
 veniendæ. Du. D. Biccus d. sect. 5. §. 67. ff. sic in clyta
 Patria ejusque cives omnes & singuli, die Statt
 Ulm und die Burger besamnt oder Ihr ieglichen
 besonder, coram nullo extraneo iudicio, nequidem
 Imp. aulico, für keinerlei Landgericht, oder sonst Ge-
 richt, was die seyn, oder wo die gelegen seyn, oder
 auch für unsere und des Reichs Hoffgericht, sed co-
 ram iudiciorum suorum Præside, ohn allein für ihrem
 Amman in der Statt Ulm, conveniri possunt, ob
 privilegia ab Augustissimis Imp. Rom. imprimis
 CAROLO IV. de an. 1359. WENCESLAO, de an.
 1397. RUPERTO de an. 1401. FRIDERICO III. de
 an. 1479. clementissime Patriæ suavissimæ conces-
 sa. Circa res & bona intra fines territorii Imperia-
 lium civitatum sita, etiam Statuta versantur, l. 3. c.
 de edif. priv. Nam & rebus leges imponuntur. L.
 2. C. Commun. de legat. in fin. quatenus scil. illæ aut
 acquirendæ, aut conservandæ, aut minuendæ L. f.
 ff. de Legibus. Et quidem res non solum quæ sunt
 in patrimonio privatorum, civesque civitatum Im-
 perialium, subditosque privatim & sigillatim con-
 cernunt & tangunt. Webnerus observ. pract. voc. Ge-
 mein. h. e. quæ ad singulorum civium utilitatem
 pertinent, par. §. 2. Inst. de his qui sui vel alien. jur. Gail.
 de arrest. Imperii c. 8. §. 8. verum etiam eas, quæ non
 sunt in patrimonio privatorum, Divini & humani
 juris. Non enim regionis solum, sed & religionis

cura ad Magistratum Reipublicæ summum, s. ad
tr. v. d. g. v. l. p. e. t. r. a. d. e. b. e. a. t. v. i. d. C. r. i. s. t. o. p. h. M. i. n. g. i. u. s. d. e. S. u. p. e. r. i. o. r. t. e. r. r. i. t. o. r. c. o. n. c. l. u. s. 60. quam uti ad quovis territoriales Dominos, ita ut civitates quoque Imperiales pertinere jure optimo asserit *Dn. Knipschild. de civitat. Imper. l. 2. c. 3. n. 178.* Principes enim & Status Imperii Rom. Germanici vigore non tantum Pacis Religiosæ per *R. A. d. e. an. 1555. §.* Und damit solcher *Fried. §. 5.* Damit auch obberührte etc. sed etiam Instrumenti Pacis, *art. 5. §. 11. §. Jus Diocesantum. 16.* & religionis libertatem habent, jurisdictionemque Ecclesiasticam & jura Episcopalia jure superioritatis territorialis exercent. *Dn. D. Nicol. Mylerus de Princip. & Statib. Imper. part. 2. c. 32. §. 5. Mingius. d. tr. §. 59. 60. 61. 62. & 63. Laurent. Obm. de jur. Episc. passim. impr. 1b. 17.* De actionibus Statuta nostra, die Processus Gerichts-Ordnungen, Gerichts-Bräuch, *Befeld. Thesaur. Pract. voc. Land und Statt-Recht.* disponunt præscribendo modum hæc instituendi, prosequendi, finiendique, quo unusquisque id, quod sibi debetur, in judicio prosequi possit. *pr. Inst. de Actionibus. l. 51. ff. eod.* Und männiglichem schleinig und gleichmäsig Recht widerfahren möge. Maximopere enim Magistratum curæ incumbit per modum condendæ legis lites finire, tollere, minuire, Und aller Weiterung vorzubauen. *l. 13. C. de Judiciis.* Hinc etiam ab Augustissimis Imperatoribus & Statibus Imperii id semper observatum fuisse, ut quovis modo malitiôsæ litiû protractioni & diurnitati omnem præcluderent viam, varia Imperii

Con-

Constitutiones, praesertim novissimus Imperii *Recessus de an. 1654. §.* Diesem nächst nun, ff. & cujusq; civitatis propria super his Statuta condita attestabatur. *vid. Statuta Patria von Gerichten und gerichtlichen Processen de an. 1621. in proem.* Ut ut autem in his disponere civitatibus liberum sit, processus tamen substantialia Statuto mutare minime possunt, quia ne iudicium reddatur nullum, ad ejus constitutionem necessatio haec requiruntur, uti sunt Citatio, Libelli oblatio, Litis contestatio, *Dn. D. Biccus in Aur. sect. 5. §. 90. Gail. 2. observ. 48. n. 1. ff. § 1. observ. 74. Mynsing. Cent. 3. observ. 74.* Sententia iudicis, *Wesembec. in r. tit. de iudiciis. §. 6.* utpote quae anima totius negotii & communis litigantium est portus, & appellatio. *L. 1. ff. A quib. appell. non licet. Gail. 1. observ. 135. n. 12. Mynsing. cent. 1. observ. 14. Meichsner. 3. decis. 28.* ubi testatur, talia statuta in Camera non attendi. *Klok. 3. conf. 181. n. 46. § ibi allegg.* Ubi tamen notandum, quod cum appellatio interponatur contra privilegia de non appellando, e. g. Civitati cuidam super certa pecuniae summa ab Imperatoria Majestate concessa, quali beneficio, Gloriosissimo Imperatore, FERDINANDO II. Aug. an 1621. die 5. Febr. clementissime concessio & summam 600. florenorum Rhenensium, 600. Gulden Rheinisch in Gold continenti, etiam Inclyta Patria mea gaudet.

VII. Præterquam autem quod Statuta juxta Formam commuam omnibus legibus formam, aut imperent, aut verent, aut permittant, aut puniant, *L. 7. ff. de Legibus.* requiritur in iis condendis I. Inclytæ

Magistratus, vim coarctanti habentis, expressus iustus & autoritas. Sicuti namque subinde de ratione legis est, ut ab habente publicam potestatem feratur, tradente *Francisc. Suarez. tr. de Legibus l. 1. c. 8 n. 2.* ita & Statutum ab autoritate Superioris necessario dependere debet, per *supra §. 5.* tradita.

2. Iusta nitantur ratione necesse est. Anima enim legis est ratio, *Weseneb. in 7. tit. de Legibus §. 5.* & de essentia eius, ut præcipiat iusta. *Fr. Suarez. d. tib. 1. c. 9. n. 2.* Secus autem nullam plane vim habent, illisque neque Cæsar, neque Camera, neque alius iudex est adstrictus. *Carpzov. de L. R. G. c. 9. sect. 1. n. 12.* quia istiusmodi Statuta ab Imperatoribus sunt reprobata in *Constitut. Crimin. CAROLI V. art. 207. §. 218. R. N. de an. 1559. §.* Und nachdem an etlichen. & secundum iusta tantum & honesta statuta Camera Imperialis pronunciare tenetur. *Ord. Cam. part. 1. tit. 13. §. 57.* ibi: Nach Redlichen, Ehrbaren und Ländischen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthummen, Herrschafften und Gerichten etc.

3. Statuta generaliter & non quorundam privatorum causa fieri, sed in univrsum omnes & singulos, alle und iede, concernere debent. *Gail. de Arrest. Imp. c. 9. n. 10.* quia sunt leges, quæ universales sua natura esse debent, ita ut omnes statuentium subditos; non autem singulas personas in individuo comprehendant. *L. 1. §. 2. ff. de Legibus L. 3. §. D. Adrianus ff. de sepul. violat.* 4. Requiritur, ut Statuta saltem de rebus & juribus ad cuiusque civitatis jurisdictionem pertinentibus, disponant: in illis namque provinciis tantum valent, in quibus conduntur. *Knichen. de*

de jur. territor. c. 1. n. 366. ff. alias enim frustra darentur, cum extra territorium jus dicenti impune non pareatur. *L. f. ff. de Jurisd. L. 53. C. de Decurionibus. 5.* In Statutis condendis etiam hoc imprimis observandum, ut sint civibus utilia non autem noxia, & quibus cives & subditi indebite & præter modum graventur. *arg. L. 25. ff. de Legibus.* Ad officium enim Dominorum proprie pertinet, jura Subditorum salva tecta que conservare, innovationes non admittere, sed ipsos in antiquis libertatibus, juribus & privilegiis tueri. *Hey thren alten Herkommen, Freyheiten, Recht und Gerechtigkeiten schützen, schirmen und handhaben. Gail. de arrest. Imp. c. 8. n. 12. Denique 6.* sicuti nulla omnino lex, etiamsi sit decreta aut publicari mandata, neminem obligat, quamdiu non est promulgata, quia hoc ipsa conditio legis, quatenus est totius communitatis regula publica, postulat. *Suarez. de Legibus l. 1. c. 11. n. 6.* ita Statutorum publicatio vel promulgatio maxime necessaria est. Antequam enim hoc factum, illa non sint effectiva, nec quenkum civium aut subditorum obligant. *Hunn. Encyclop. Jur. univers. p. 1. tit. 3. c. 3. n. 7. cum allegat.* Præterea 7. quamvis alias & ad essentiam Statutorum, ut aliarum legum, scriptura præcisè non requiritur; quia & ore tenus superioris præceptum sufficienter intimari potest. *Suarez. d. tr. l. 1. c. 11. n. 8. f. § 1. 3. c. 15. n. 6. Habn. ad Wesenbec. tit. de Legib. n. 5.* Quia vero modus hic leges ferendi omnium optimus est, qui fit per scripturam, *Suarez. d. n. 6.* cum certitudini & notitiæ juris fructuose inserviat, atque hoc ita ad tollendam ambiguitatem vel

vel obscuritatem observandum esse, suadeat *Suarez.*
l. 4. c. 14. n. 2. inde quoque obtinuit, ut civitates statu-
 ta sua in civium & subditorum suorum utilitatem,
 und zu männigliches Wissenschaft und Nachrichtung,
 non tantum in scripturam redigi, certoque libro in
 Cancellaria siye Archivo custodiendo inscribi curare:
 verum etiã typis evulgare soleant.

Finis.

VIII. Uti omnium legum præcipuus finis est
 communis & publica utilitas; ad salutem enim civi-
 um, civitatumque utilitatem, vitamque hominum &
 quietam & beatam conduntur leges, ut recte dicit *Cic.*
l. 3. de Legib. add. Reinking. de R. S. & E. l. 2. clas. 2. c. 1.
 & alij, ubi videre est. Etenim Imperialem decet so-
 lertiam, ita Reipublicæ curam gerere & subjecto-
 rum commoda investigare, ut regni utilitas in corru-
 pta persistat, & sic singulorum Status jugiter servetur
 illæsus; 2. *Feud. 55. pr. Gail. de arrest. Imperii c. 8. n. 12.*
§ c. 9. n. 8. quia hoc sine omnino Principa-
 tus, Potestates, Superioritates &c. inventæ sunt &
 constitutæ, *Christoph. Mingius de super. territor. con-
 clus. 50. in fin.* Ita quoque statutorum primarius scop-
 us & finis est salus & tranquillitas publica, ut collim-
 ent ad publicum magis quam privatum bonum:
 præponit enim Magistratus ea, quæ communiter
 omnibus profunt, illis, quæ singulis sunt utilia. *Nov.*
39. c. 1. h. e. licet privatim videantur obesse, modo
 universim profunt. Utilitas enim publica præferen-
 da privatæ. *L. utilitas. C. de Primipil. 12.* & ratio est,
 quod dum agitur de utilitate publica, agatur quo-
 que de utilitate privata, licet forte eventa Statutum
 in damnum hujus vel illius vergere videatur. Uti
 nam-

namque civitates Imperii & liberae secundum gravissimum Historicum Francisc. Guicciardinum l. 7. histor. n. 7. citante D. Christoph. Besold. in dissertat. de jur. Imper. Imp. civitat. §. 1. Semper libertati suae conservandae satagunt, ita etiam in statutis suis condendis finem nullum alium quam commune civium ac subditorum suorum bonum, salutem & utilitatem respiciunt, apparet hoc inter alia ex statutis Patriis in proem. verb. Sehen und ordnen wir ic. Zu gemeiner Statt und unsrer lieben Burger schaff und Anghbrigen nutzen und besten. Hoc autem ut eo melius obineatur, cum secundum Aristot. l. 4. Polit. c. 1. nulla Respubl. ad leges, sed leges ad Rempubl. sint accommodandae, & propter diversitatem hominum, ingeniorum, morum, vitae generis, imo ipsorum locorum circumstantiam, qua nihil est inaequalius non possit jus Romanum aequaliter ubique servari. Calvin in Lexic. Jurid. voc. Statutum. ideo Civitates & reliquos Imperii Status statuta in suis territoriis non solum praeter, sed etiam contra jus commune condere, illig. haecenus simul derogare posse, communis affirmat opinio. Dn. D. Nicol. Mylerus de Princip. & Statibus Imp. part. 2. c. 39. §. 4. Knipschild. de civitat. Imp. l. 2. c. 10. n. 33. Sprenger jurispr. publ. l. 2. c. 5. Aliud autem statuendum de Publicis Imperii Rom. Germanici legibus & constitutionibus, communi Principum & Statuum suffragio latis, aut alias publicam Imperii salutem concernentibus; contra has enim Statuta condi non possunt, imprimis si cum clausula derogatoria & annullatoria laetatae sint. Dn. D. Mylerus d. l. §. 5. Knipschild. d. lib. 2. c. 10. n. 46.

Effectus.

IX. Effectus Statutorum est obligatio. Nulla enim lex proprie dici potest, quæ non iuducat obligationem, h. e. necessitatem quandam operandi vel non operandi. *Francisc. Suarez. de Legibus l. 1. c. 14. n. 4.* hanc igitur obligandi vim statuti nostris applicare necesse est, nisi hæc impropria esse & dici jura velimus. Obligant autem & obstringunt vel ad obedientiam vel ad pœnam. *L. 7. ff. de jur. patro. natus. L. 2. ff. de Legibus.* Ad illam enim Civēs & Subditi etiam jure Divino, cum omnis lex inventum ac munus DEI sit, *L. 2. ff. de Legibus.* & huic obediant, varia extent Divina præcepta. *Rom. 13. v. 1. & 2. 1. Petr. 2. v. 13. Tit. 3. v. 1.* & jure Gentium obstricti tenentur. *L. 2. ff. de. F. & F. imprimis cum Inelyto Senatui etiam juramentum homagiale sive subjectionis der Burger. Eynd ab his præstari soleat. Webnerus obsery. præf. voc. Burger. Knipschild. de civit. Imp. l. 2. c. 9. n. 11. & 12.* quæ præstatio prima est subjectionis agnitio & confessio. *Klock. 3. conf. 134. n. 58. Dn. D. Mylerus de statib. Imp. part. 2. c. 38. §. 2.* & omnis fidelitatis & obedientiæ affecturatio dicitur. *Christoph. Mingius de superior. territor. conclus. 64. Thom. Maulus de Homag. tit. 1. n. 1.* maximumque obsequii & humilitatis signum ostendit, *Knichen. de jur. territor. c. 3. n. 269. Knipschild. d. cap. 9. n. 17. & 18.* vigore cujus subditos fortius adstringi immediato suo Magistratui quam Imperatori, tradit *Mingius d. l. conclus. 24. in fin.* Et hoc juramentum quilibet in persona, cum ad hæredes non sit transitorium, præstare debet, ita licet alicujus Parens illum jam præstiterit, tamen filius, quando matrimonium in, laremque proprium soret superstite adhuc, vel etiam

etiam defuncto parente, hoc præstare cogitur, haud
 fecus ac advena, qui in civem vel subditum adsumi
 desiderat. *Wehnerus d. l.* Hoc in super in civitatibus
 Imperialibus consuetudine receptum, ut quotan-
 nis, certo die, comicia homagialia, idiomate nostro
 vocatur *der Schwertag*, celebrentur, quo loco
 congruo & consueto, recens creato Consuli ejusque
 Successoribus, *Ihrer Obrigkeit und deren Nachkom-*
men, *Wehnerus d. l.* ab omnibus concivibus hoc
 subjectionis juramentum denuo præstatur & repeti-
 tur. Poena vero ibi est, ubi est noxia. *L. sancimus C.*
de pœnis. l. 20. § 26 ff. eod. quicumque igitur civita-
 tum nostrarum Statuta temere transgreditur, is pœ-
 nam a Magistratu in temeratores sanctitas incurrit, &
 ibi, ubi is peccavit, punitur. Unicuique enim Imperii
 Statui sua jurisdictio semper salva, quieta & intacta
 manere debet. *L. ff. de jurisdict. Dn. D. Mylerus de*
Princip. § Stat. Imper. part. 2. c. 48. §. 9. alias jurisdi-
 ctionem in territorio alieno exercens, territorium vi-
 olare dicitur, & variis propterea actionibus tenetur,
 puta, de vi publica, de Ambitu & injuriarum. *Gail.*
de pac. publ. l. 1. c. 16. n. 27. 28. § 29. inciditque in
 pœnam fractæ pacis publicæ. *constitut. Caroli V. de*
an. 1548. §. 2. Possunt autem civitates Imperii pro
 diversitate delictorum varias quoque infligere pœ-
 nas, ita ut nec capitales excipiantur, quia jurisdictio-
 nem non tantum civilem habent, sed etiam crimi-
 nalem, s. Imperium, h. e. die *Niedere und Hohe strâ-
 siche Obrigkeit*, seu mutuato ex Italico idiomate, ter-
 mino, tam altam quam Bassam jurisditionem, tam
 jure territorii, quam jure Magistratus, atq; sic suo ju-
 re & nomine exercent. *Dn. Knipschild. de civit. Imp. l.*

2. c. 6. n. 7. § 8. Quznam vero causæ ad utramque referantur jurisdictionem, vid. *Dn. Mylerus d. eap. 48. n. 6. § 7.* Imo licet etiam a legibus certa pœna capitalis sit præfixita, eam tamen non solum in mitiorem convertendi, *Henr. Bruning. de variar. Univers. spec. th. 29.* verum etiam plene indulgendi & remittendi s. reum aggratiandi, vigore superioritatis territorialis, potestatem habent. *Knipschild. d. l. lib. 2. c. 4. n. 52. Christoph. Mingius de superior. territor. conclus. 54. Schænborn. l. 5. c. 24.* modo Divini juris non refragetur auctoritas. *Hunnius de jurisd. polit. part. 1. c. 3. quest. 5.* Sic in simili jus samæ restituendi illis competit per Reichs Abschied zu Speyr de an. 1526. §. Und wiewohl der gemeine Mann *Knipschild. d. tr. l. 2. c. 4. n. 73.*

Interpre-
tatio.

X. Quoties autem dubius Statutorum intellectus oritur, toties de interpretatione eorum ad ipsum Magistratum, qui illa condidit, recurrendum est. Sicut enim hæc condendi potestas ad hunc pertinet, sic quoque eidem illa interpretandi authentice, i. e. ita, ut declaratio illa vim legis obtineat, facultas competit. *arg. L. fin. C. de Legib. L. ii. ff. eod. L. 43. pr. ff. de vulg. Spupil. substit. cum nemo rectius de sensu legis judicare possit, quam ille, qui eam condidit. Balbas. Cellarius in Polit. l. 2. c. 8. §. 37.* hinc Statutis Patrii in fin. proœmii hæc clausula addita legitur: Jedoch behalten Wir uns hiemit außstruckentlichen bevor, da sich nachmahls in dieser Ordnung, manzgel, zweiffel und mißverständnussen, oder solche Fäll, so hierinn nit begriffen, erdungen und zutragen würden, in dem allem weitere Fürsèhung, Erfüllung, Erklärung, Lauterung und Verbesserung jederzeit zuthun

zuthun und für zunehmen. Alias sua natura sunt
 stricti juris, & strictissime, uti verba sonant, accipi-
 enda. *arg. L. 35. C. de inoff. testam. nec non prop-
 rie & juxta sensum naturalem verborum intelligen-
 da. L. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. L. 64. §. 9.
 ff. soluta matrim. Knipschild. d. tr. lib. 2. c. 10. n. 88.*
 Statutum igitur, quod de Civibus loquitur, de veris
 tantum civibus accipi debet, non etiam de his, qui
 in oppido solum commorantur, quales sunt Pfalz-
 burger, Judæi, &c. *Webner. observ. pract. voc. Pfalzburg-
 ger.* Quemadmodum vicissim cives in Statutis, sub
 appellatione verbi Inwohner, simpliciter non con-
 tinentur, nisi circumstantiæ aliud suadent. *Webne-
 rus d. l.* Hoc etiam notandum, quod per Statuta
 in dubio Jus commune non censetur correctum, ni-
 si hoc expresse in iis cautum inveniat. *arg. L. 32. §.
 ff. C. de appellat. Gail. lib. 2. observ. 35. n. 3.*

XI. De mutatione & abrogatione Statuto-
 rum eadem & quidem optima hæc Politicorum ma-
 xima est observanda, nempe, quod leges non teme-
 re & quacunque de causa sint mutandæ. *Balib. Cel-
 larius Politic. l. 2. c. 8. §. 39.* cum ex crebra earum mu-
 tatione facile contemptus & perniciosâ non obtem-
 perandi Magistratibus consuetudo dimanet. *Ariff.
 2. politic. cap. 6. Melch. Junius quest. polit. quest. 89.*
 quin tamen mutari & abrogari possint pro tempo-
 rum varietate, Reipublicæque salute & utilitate hoc
 exigente, vel re, cujus gratia lata erant, amplius
 non existente non ambigitur. *L. 5. ff. de Decret. ab
 Ordin. faciend. Suarez. de Legib. l. 6. c. 25. n. 3. Arthur.
 Duck de usu & author. Jur. Civil. Rom. l. 2. c. 3. §. 28.*
 Quæ cum ita sint, non est dubitandum, Statuta quo-

Mutatio &
 Abrogatio.



que iusta ex causa, und zu gemeiner Statt, dero Bürger-
 schafft und Angehörigen nutzen und besten, mutatio-
 ni & abrogationi esse obnoxia. *Cunrad. Rittershus. de*
differentiis juris civil. Canon. l. 1. c. 8. Abrogantur
 autem duobus modis: nempe vel tacite, per non u-
 sum sive de suetudinem, Magistratu nempe obedi-
 entiam Statutis debitam non exigente, *arg. §. pen. Inst. de*
J. N. G. & C. L. 32. in fin. ff. de Legibus Wesenbec. in 7.
h. tit. pag. m. 33. lit. D. vel expresse, per contrariorum
 Statutorum positionem, dd. II. factam per eundem
 Magistratum Incluyum, qui priora tulit. Penes quem
 enim est potestas leges provinciales ferendi, penes
 illum est quoq; eas iterum immutare & abrogare.
Cellarius d. cap. 8. §. 38. arg. L. 14. ff. de Re Judic.

Affinia.

XII. Tandem Statutis nostristranquam pro-
 ximam & affinem adjungimus potestatem publi-
 candi Edicta, Interdicta, Mandata & inhibitiones,
 nec non dandi Rescripta s. Ordentliche mandata pu-
 bliciren und anschlagen zu lassen, Gebott und Verbott
 an zulegen, und Rescripten zuertheilen. Hac enim
 omnia vim legis localis habent, iisdemque subditi,
 aliive in territorio existentes obedire sunt obstricti:
 cum ex eodem Statibus Imperii Rom. Germ. compe-
 tente Superioritatis jure emanent, ejusdemque sym-
 bolum certum dicantur. *Matth. Stephar. de jurisdic.*
lib. 2 p. 1. c. 7. n. 350. Welmer. in observ. pract. 106. verb.
Gebott. Christoph. Mingius de Superion. territor. con-
clus. 81. Dn D. Nicol. Mylerus de Princip. & Statibus
Imperii part. 2. cap. 40. §. 1.

Tantum!

COROLLARIA.

FEUDAL.

- I. *Jus Feudale est jus non scriptum.*
- II. *Feudum nobile possessorem ignobilem nobilem non facit.*
- III. *Feudum antiquum ut novum in præjudicium aliorum agnatorum concedi non potest.*
- IV. *Rusticus feudum dare non potest.*
- V. *In Imperio Rom. licet feudorum regalium collatio Imperii Vicariis non concedatur; tamen de litibus, quæ circa istiusmodi feuda moventur, cognoscere & judicare possunt.*
- VI. *In præscriptione feudi, præter reliqua requisita, sufficit vel semel intra 30. annos servitium vasallaticum fuisse præstitum.*

VII.

- VII. *De feudo testamenti factio est inutilis.*
- VIII. *Liberi ex hæredati in feudo succedere possunt.*
- IX. *Ut & legitimati per subsequens matrimonium.*
- X. *Fides tanquam substantiale feudi remitti nequit.*
- XI. *Non omne feudum vasallus alienare prohibetur.*
- XII. *Neque feudo privatur non petendo legitimo tempore investituram, si dolus absit.*
- XIII. *Feudum, ob crimen fractæ pacis amissum filiis læso satisficientibus non est denegandum.*



194
93
2871
179.10

6078





7. 7.

IO JURIDICA
DE

TUTIS
TUM IMPE-
RARUM ET
IATARUM.

QUAM
VENTE GRATIA,
ODERAMINE
ssimi, atque Consultissimi,
O M I N I

REBHAN, ICTI,

mit. Diversorum Imperii Sta-
ssimi, Universitatis Argent. Ante-
Capituli Collegiati ad D. Tho-
eclatissimi, Celebratissimi.

ne PRÆCEPTORIS SUI

ratione prosequendi,
nni defendendam proposuit.

LUDOVICUS ADAM,

nenf. A. & R.

ensf. Junii M. DC. LXXV.

P S I Æ.

ERIS GABRIELIS TROGIL

DCC. XXXVI.

2

3)